



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio**

**Coloniae Vbiorvm, 1645**

CAP. XLIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10133**

tes meas , & si tradam corpus meum , ita ut ardeam , caritatem autem non habeam , nihil mihi prodest.

## C A P . X L I I I .

**S**ed tu , dulcis ac rectus Dominus , hos mihi tanquam funiculos esse relictos voluisti , unde , te auxiliante , ex limo , in quo hærebam , extraherer . Etenim , pro tua summa ac singulari pietate , diutius non es passus elongari à me auxilium tuum ; sed demum mihi illud large copioseque attulisti . O Domine virtutum , qui facis mirabilia solus ; ô pater misericordiarum , qui misereris omnium , & nihil odisti eorum , quæ fecisti ; adjutor meus , consolator meus , salvator meus , si mihi sint ora centum , si linguæ centum , non hominum sed Angelorum , nunquam assequi dicendo possim , quas tu fecisti bonitates ac miserationes cum servo tuo nequissimo ingratissimoque . sed quamvis indifertus ac rudis , quamvis pene infans & elinguis , attamen labia mea non prohibebo , quo minus , quantum in ipsis est , de corde pleno ac pingui eructent mirabilia tua , & cantent in populis gloriam tuam .

## C A P . X L I V .

**E**rgo , cum iterum , mea culpa , jacerem nudus , inops , ac cæcus in fordibus meis , postquam commotus sum à te , ut infelicissimum meum statum agnoscerem , & horrerem , ut auxilium peterem , ut ad preces supplicationes que confugerem ; immo , cum tu cordi meo suspiria , gutturi gemitus , oculis lacrimas dares ,

cum